bulo gentis: alterum adriaticum mare ab atria
tuscorum colonia vocavere italice gentes. Greci ea
dem tirrenum atque adriaticum vocant et quos secuntur. Plini
us insuper cum in eodem tertio naturalis historie libro
de padi fluminis hostiis loqueretur nobili portu tuscorum
atriam esse dicit. a quo atriaticum mare appellaretur:
quod temporibus suis euphonie causa pro atriatico
adriaticum diceretur. Sed ut quanta et quam magna et an
te et ante post romanum imperium fuerit etruscorum gloria
evidentius appareat quid valuerit in uno quoque lau
dationis genere parumper considerem. Hec gens ut
a cunabulis nostris nonnullas precipuas eius conditi
ones paucis repetamus ab antiquissimis lidie popu
lis originem traxit. hec tractu temporis mirum in
modum ad aucta bellicosissima fuit. quippe pelas
gos grecos homines primo italia pepulit. Umbros
deinde vetustissimos totius italie populos structis
aciebus ita superavit ut trecenta circiter eorum opida
vi et armis adimeret. atque in ditionem suam redigeret.
et ut quantum bellicis artibus potuerit clarius eluce
scat cum populo romano aliarum gentium victore
pluribus bellis ita contendit: ut urbem romam
primum porsenne etruscorum regis temporibus. secun
do vehientibus ducibus bis infestis exercitibus
obsideret. bisque ad ianiculum usque diripiendi et va

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_932/0018
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG